Attendite populus meus legem meam incli-
nate aurem vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os meum loquar
propositiones ab initio. Quanta audivi-
mus et cognovimus ea et patres nostri nar-
raverunt nobis. Non sunt occultata a fili-
is eorum in generatione altera. Nar-
rantes laudes domini et virtutes eius et
mirabilia eius que fecit. Et suscitavit
testimonium in Iacob et legem posuit
in Israel. Quanta mandavit patribus
nostris nota facere ea filiis suis ut cog-
noscat generatio altera. Filii qui nas-
centur et exurgerent narrabunt filiis suis.
Ut ponant in deo spem suam et non obliviscan-
tur operum dei et mandata eius exquirant.
Ne fiant sic patres eorum generatio pra-
va et exasperans. Generatio que non
direxit cor suum et non est creditus cum deo

spiritus eius. Filii effrem intendentes et mit-
tentes arcum conversi sunt in die belli. Non
custodierunt testamentum dei et in lege eius no-
luerunt ambulare. Et obliti sunt bene-
factorum eius et mirabilium eius que ostendit
eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia
in terra egypti in campo taneos. Interru-
pit mare et perduxit eos et statuit aquas
quasi in utrem. Et deduxit eos in
nube diei et tota nocte in illumina-
tione illus. Interrupit petram in here-
mo et adaquavit eos velut in abys-
so multa. Et eduxit aquam de petra
et deduxit tamquam flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei in ira
excitaverunt excelsum in inaquoso.
Et temptaverunt deum in cordibus suis ut
peterent escas animabus suis. Et
male locuti sunt de deo dixerunt numquid

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0287
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg